

cujus de mortu cruciatam et territam
inde fugisse, et crebra capitum qua-
fatione Lucium in terram dejecisse,
quem ille palpantem et in aquam
redire conantem cepit, domumque
tulit. Anseris pullos duos in ejusdem
repertos ventre se vidisse, quidam Po-
lonus testatur, idem et fulicam inven-
tam, et pedem ancillae in piscina ab
eodem admorsum prodit. Tam avide
pisces persequitur, ut piae nimio ce-
leritatis impetu, supra aquas elatus, in
scaphas incidat, quod me vidisse, cum
Anno MDCXXXI. in meo ex An-
glia reditu, Landsberga noctu scapha
veherer, memini. A porculo seu mi-
nore perca abstinere quidam credunt,
alii apprehenso capite devorare, ne
si cauda arriperet, a squamis et spinis
laederetur, opinantur. Albertus ca-
ptum dentibus conterere, mortuum
in ventrem propellere, vivum non
devorari, prodidit. Summam ranae
cum Lucio antipathiam, eleganti Hi-
storia expressit Dubravius, quem vi-
de. *Vitam ei longissimam ex Lucio
Friderici II. Imperatoris cognosci
potest, quem in stagno quodam vixi-
se CCLXVII. annis ex annuli aerei,*
quem cum stagno eum Imperator in-
deret, in branchiis sub cute abdide-
rat, inscriptione Graeca colligitur,
quaec talis est. Εἰμὶ ἐκεῖνος ἵχθυς ταῦτη λι-
μνὴ παντόπερως ἐπιτεθεὶς διὸ τὴν κοσμήτρην
Φεδερίνη β. τὰς χεῖρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀκτωβρίᾳ, id est, *Ego sum ille pisces huic
stagno omnium primus impositus per
mundi rectoris Friderici II. manus,*
*die quinto Octōbr. Fuit enim inven-
tus iste annulus in capto eo Lucio
anno salutis MCCCCXCVII. ut
testatur Conradus Celtes, referente
Gesnero in sua Epistola nuncupato-
ria. De ejusdem vivacitate ita Car-
danus. Mirum est illud, quod a tot*

audiui viris, ut impudentius fuerit tot
testibus mendacum non credere,
quam veritatem adversus eorum au-
thoritatem tueri : Lucium scisso ven-
tre ostendendi lactis causa; inde con-
fuso atque inter Tincas in vivariis re-
posito, sanari humore earum, dum se il-
lis Lucius ventre affricat. Martio Apri-
lique mensibus *ovis* turgent et pariunt,
perguntque ad Junium usque. Alii e
Tincarum semine generari credunt.
Quidam et sponte et ex alieno semi-
ne provenire, quod neque soli neque
sati procreentur in eis, opinantur. Ex
ovo editos, a quibusdam piscibus in-
tra Branchias foveri, Encelii nugae
sunt. Quantum ad *Usum in cibis* Jo-
vius inter obsonia plebeja recenset.
Poggius etiam ex Cymino lacu, et
quidem praepingui, nullam unquam
inesserat gratiam scripsit, nisi cum solus
in maxima convivaruim inedia prandiis
apponitur. Thrasymenus lacus
laudatores profert. Braccianus, qui
olim Sabbatinus, inferiores. In Gallia
tamen, Germania et alibi tantae puta-
tur salubritatis, ut Adamus Lonice-
rus etiam puerperis concedat. Pin-
guiores tamen sunt Julio mense et O-
ctobri laudatores, quibus Cyprini so-
boles: in piscinis esse deteriores cum
semina spargunt. Ab Arnoldo inter
durae carnis pisces recensetur, sunt
qui caudam et partem posteriorem
praefrerunt. Mediae aetatis meo judi-
cio optimi sunt. Ova piscatores circa
Argentinam tanquam medicata abji-
ciunt. Gesnero sunt aequae ut Barbi-
noxia. Apud nos absque periculo in
usu. *Usum in medicina* quod spectat,
Mandibula in pulverem redacta in
Calculo, urinæ difficultate, et pleu-
ritide usurpatur. Saliti ossa pulveri-
zata spodii vicem praefstant, et ulceræ
exsiccant.

CAPVT VI.

De Cyprino.

TAB. XXVII. Cyprinus Oppiano κυπριανὸς dicitur.
TAB. XXIX. Nomen forte a Cypride, ut Ges-
nero placet, quod foecundissimus sit,
fortitus est, ut λεπιδώτης apud Athe-
naeum, vel a squamis seu latissimis
et maximis, ut Rondeletio visum, seu

ita firmiter vallatis, ut lapidis ictus *Cassiod. 1.12.*
facile repellatur, ut Bellonius credi- *Epist. 4.*
dit. *Carpam* Cassiodorus vocat, Bra-
savolus ob magnitudinem *Reginam*,
Carpionem alii. Crassior est magis
quam longior, nec ulli piscium magis
quam